

bere processum, nisi principi loquerer, quodam sero de consilio ipsius domini Albanensis hec feci; et propositis ei que Dominus dedit, auditis et responsis, in eundem effectum non concurrebant effectus¹ propter ea, que vobis per alias intimavi litteras. Deinde per mediatores pro domino Albanensi et suis, pro monasterio et bonis eius obtenta sunt² quedam, que³ lat[ores] presenc[ium] sanctitati vestre poterunt viva voce referre. Verum in omnibus de consilio domini Albanensis et monachorum, quo ad ea que monasterium contingebant, processi. Quod si circa predicta aliquid obmisi sollempnitatis, cum de substantia⁴ non deesse credatur, parcite, ut placebit. Denique vos latere nolo me in tali statu recepisse dominum Albanensem, quod⁵ eius effigies mortui videbatur plus quam vivi. Ceterum per me vel per alium de meis convenienter tractabo quod potero, ad vestre dominationis noticiam quod invenero prolaturus. Circa ea, que attingunt negotium michi commissum, faciatis, et cito, quod secundum Deum expedire videritis faciendum.

84, f. 42', col. a. Thomas von Capua schreibt an Gregor IX., dass der Kaiser und Herzog Raynald ihr Missfallen über Berthold geäußert haben, und rühmt den Herzog. 1229, bald nach Nov. 27.

Producto⁶ ad imperatoris noticiam et ducis⁷, quod fecerat⁸ hiis diebus in territorio tali, in utroque displicencie signa sunt visa, et quidem tot argumenta in desiderio pacis⁹ dux ipse pretendit, quod ad debitum satisfactionis accedet et ad favorem gratie introibit, cum res spei successerit et effectui responderit affectus¹⁰. Ceterum, quantum michi astiterit circa factum domini Albanensis, vive vocis relationi reservo, que latentis¹¹ plus habet enargie et suspecti minus linguam interpretis sentit. Set qui dedit incipere¹², prosperabit feliciter consummare.

85, f. 42', col. a. Thomas von Capua bittet Gregor IX., im Sinne des Friedens zu wirken, damit seine, des Thomas, Worte nicht Lügen gestraft werden. 1229, Dec.

1) Wohl 'affectus'. 2) 'sint' c. 3) 'p' c. 4) 'sba' mit Abkürzungszeichen. Wenn der Wortlaut so richtig ist, kann der Sinn nur sein: die Form des Vertrages ('sollempnitas') ist vielleicht nicht einwandfrei, aber er hat eine solide Grundlage ('substantia'). 5) 'ut' ist übergeschr.; vorher 1 — 2 Buchstaben durchstrichen. 6) 'Productā' c. 7) Des Raynald von Spoleto. 8) Nämlich Berthold; vgl. n. 81 u. 82. 9) Es folgen durchstrichen die Worte 'duxerit et effectui' — wie nachher bis 'Albanensis'. 10) Wohl 'effectus' und 'affectui' zu lesen. 11) 'latentis' c; 'litteris'? 12) 'incipere' c.